ubi inuenire potueris sepelies. Exsurgens autem
plautilla peruenit ad locum. & inueniens scarū
uirginum corpora sine fetore. sine aliqua lesione
adorauit & credidit. & fabricauit sepulchrum uir
ginibus xpi. In quo loco beneficia orationum earū
fructum magnum uirtutum ostendunt. ad laude
& gloriam dni nostri ihu xpi. qui cum patre & spu
sco uiuit & regnat in saecula saeculorum. amen.
passae sunt autem die sexto idus iuliarum.

EXPL PASSIO SCARŪ UIRG
RUFINE ET SECUNDE.

## INCIPIT PASSIO
## SCAE FELICITATIS CUM
## VII FILIIS SUIS MEN IUL DIE X.

XXV TEMPORIBUS ANTONINI IMPERA
toris. orta est seditio pontificum & felicitas
inlustris femina cum septem filiis suis xpianissimis
tenta est. In uiduitate permanens dō suam uouerat
castitatem. die noctuq; in orationibus uacans. mag
nam de se aedificationem castis mentibus dabat. Ui
dentes autem pontifices prae com[illegible] per hanc
xpiani nominis profecisse. suggesserunt de ea
antonino augusto dicentes. Contra salutem urām
mulier haec uidua cum filiis suis diis nostris in
sultat. quae si non uenerata fuerit deos. sciat
pietas uestra deos nostros sic irasci. ut poenitus
placari non possint. Tunc imperator antoninus
iniunxit praefecto urbis publio. ut eam compel
leret cum filiis suis deorum suorum iras sacrifi
ciis mitigare. publius itaq; praefectus urbis
iussit eam priuatim adduci. & blande conloquio
ad sacrificium eam prouocans. minatur poenarū
interitum. Cui felicitas dixit. nec blandimen
tis tuis resolui potero. nec terroribus tuis frangi
habeo enim spm scm. qui me non permittit uinci
a diabulo. & ideo secura sum quia uiua te supe
rabo. & si interfecta fuero. melius te uincam
occisa. publius dixit. misera si tibi suaue mo
ri est. uel filios tuos fac uiuere. felicitas respondit.
Uiuunt filii mei. si non sacrificauerint idolis.
si uero hoc tantum scelus admiserint. in aeterno
erunt interitu. Alia namq; die sedit in foro mar
tis. & iussit eam adduci cum filiis suis. cui & dixit
miserere filiis tuis iuuenibus bonis. & flore pri
mae iuuentutis florentibus. Respondit felicitas.
misericordia tua impietas est. & exhortatio tua
crudelitas est. & conuersa ad filios suos dixit.
Uidete filii caelum. & sursum aspicite. ibi uos ex
pectat xps cum sanctis suis. pugnate pro animabus
uestris. & fideles uos in amore xpi exhibete. Audi
ens publius. iussit eam alapis caedi dicens. Ausa es
me praesente ista monita dare. ut dominorum
nostrorum statuta contemnant. Tunc uocat
primum filium eius nomine ianuarium. & infinita
illi promittebat bona praesentia. & mala uerbe
rum comminatus est. si sacrificare idolis contem
sisset. Ianuarius respondit. stulta suades. nā
sapientia dni me conseruat. & faciet me haec om
nia superare. Statim iudex iussit eum uirgis caedi
& in carcerem recipi. Secundum uero felicem eius
filium adduci praecepit. quem cum hortaretur
publius ad immolandum idolis. constanter dixit.
Unus est ds quem colimus. cui sacrificium piae deuo
tionis offerimus. unde ne tu credas me aut aliquē
fratrum meorum a dni ihu xpi amore recedere.
& si inmineant uerbera & iniusta consilia. fides
nostra nec uinci potest. nec mutari. & isto amo
to. iussit tertium filium nomine phylippum appli
cari. cui cum diceret. dominus noster antoninus
iussit ut diis omnipotentibus immoletis. Respon
dit phylippus & dixit. Isti nec dii nec omnipoten
tes sunt. sed sunt simulacra uana & misera & in
sensibilia. & qui eis sacrificare uoluerint. in aeter
num erunt periculum. Et amoto phylippo. iussit
adesse quartum filium nomine Siluanum. Cui sic ait. Ut uideo
conuenit uobis cum pessima matre uestra. hoc
consilium. ut praecepta principum contemnentes
omnes simul incurratis interitum. Respondit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0222